

bien en la parte de tan estupendos y singulares favores
¡O dia feliz en que me hago con particularidad hijo vuestro!
¡O soberana Virgen Maria! ¡O glorioso Patriarca Felipe!
¡O dia el mas afortunado de todos mis años, que quedará siempre fijo en la memoria, para bendeciros siempre alabaros, presente en el corazon para amaros y vos agradecerlo hasta el fin de los siglos! Amen.

TODO A MAYOR HONRA Y GLORIA DE DIOS

EJERCICIO NOCTURNO.

Hecha señal con la campanilla por el Padre que esta semana, comienza inmediatamente: Por la señal de la ta cruz &c.

OREMUS.

Actiones nostras quesumus Domine, aspirando praestare & adjuvando prosequere ut cuncta nostra oratio & operatio, á te semper incipiat, & per te coepta finiatur. Per Christum, &c.

Da la leccion en voz clara.

POST LECTIONEM.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium tui amoris in eis ignem accende.

V. Emite Spiritum tuum & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terrae.

Deus, cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur quem nullum latet secretum; purifica per infusionem

Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, & digne laudare mereamur. Per Dominum nostrum &c.

POST ORATIONEM.

Laudate Dominum omnes gentes, &c. Gloria Patri &c.

Deus refugium nostrum, & virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis; & praesta, ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

- | | |
|------------------------------|---------------------------|
| Kyrie eleison. | Omnes sancti Angeli, & |
| Christe eleison. | Archangeli, orate |
| Kyrie eleison. | Omnes sancti beatorum |
| Christe audi nos. | spirituum ordines, orate |
| Christe exaudi nos. | Sancte Joannes Bap- |
| Pater de coelis Deus, mise- | tista, ora |
| rere nobis. | Sancte Joseph, ora |
| Fili Redemptor mundi Deus, | Omnes Sancti Patriar- |
| miserere nobis. | chae, & Prophetae, orate |
| Spiritus Sancte Deus, mise- | Sancte Petre, ora |
| rere nobis. | Sancte Paule, ora |
| Sancta Trinitas unus Deus, | Sancte Andrea, ora |
| miserere nobis. | Sancte Jacobe, ora |
| Sancta Maria, ora pro nobis. | Sancte Joannes, ora |
| Sancta Dei genitrix, ora | Sancte Thoma, ora |
| Sancta Virgo virginum, ora | Sancte Jacobe, ora |
| Sancte Michael, ora | Sancte Philippe, ora |
| Sancte Gabriel, ora | Sancte Bartholomaeae, ora |
| Sancte Raphael, ora | Sancte Mathaeae, ora |

Sancte Simon,	ora	Sancte Nicolae,	ora
Sancte Thaddae,	ora	Omnes sancti Pontifices,	orato
Sancte Matia,	ora	& Confesores,	orato
Sancte Barnaba,	ora	Omnes sancti Docto-	orato
Sancte Luca,	ora	res,	orato
Sancte Marce,	ora	Sancte Antoni,	orato
Omnes sancti Apostoli	orato	Sancte Benedicte,	orato
& Evangelistae,	orato	Sancte Bernarde,	orato
Omnes sancti discipuli	orato	Sancte Dominice,	orato
Domini,	orato	Sancte Francisee,	orato
Omnes sancti Inocen-	orato	Sancte P. N. Philipe,	orato
tes,	orato	Omnes sancti Sacerdotes	orato
Sancte Stephane,	ora	& Levitae	orato
Sancte Laurenti,	ora	Omnes sancti Monachi,	orato
Sancte Vincenti,	ora	& Eremitae,	orato
Sancte Fabiane & Sebas-	orato	Sancta Maria Magdale-	orato
tiane,	orato	na,	orato
Sancti Joanes, & Paule,	orato	Sancta Agatha,	orato
Sancti Cosma, & Da-	orato	Sancta Lucia,	orato
miane,	orato	Sancta Agnes,	orato
Sancti Gervasi, & Pro-	orato	Sancta Caecilia,	orato
tasi,	orato	Sancta Catarina,	orato
Omnes Sancti Marty-	orato	Sancta Anastasia,	orato
res,	orato	Omnes Sancta Virgines	orato
Sancte Silvester,	ora	& Viduae,	orato
Sancte Gregori,	ora	Omnes Sancti, & Sanctae	orato
Sancte Ambrosi,	ora	Dei. Intercedite pro-	orato
Sancte Agustine,	ora	bis.	orato
Sancte Hieronyma,	ora	Propitius esto. Parce	orato
Sancte Martine,	ora	bis Domine.	orato

Propitius esto. Exaudi nos	lib.	In die iudicii,	lib.
Domine.		Peccatores, te rogamus au-	
Ab omni malo, libera nos	lib.	di nos.	
Domine.		Ut nobis parcas,	te rog.
Ab omni peccato,	lib.	Ut nobis indulgeas,	te rog.
Ab ira tua,	lib.	Ut ad veram poeniten-	
A subitanea & improvisa	lib.	tiam nos perducere	
morte,	lib.	digneris,	te rog.
Ab insidiis diaboli,	lib.	Ut Ecclesiam tuam	
Ab ira et odio, et omni	lib.	sanctam regere, et	
mala voluntate,	lib.	conservare digne-	
A spiritu fornicationis,	lib.	ris,	te rog.
A fulgure, & tempestate,	lib.	Ut Domnum Aposto-	
A morte perpetua,	lib.	licum, et omnes Ec-	
Per mysterium sanctae	lib.	clesiasticos ordines	
Incarnationis tuae,	lib.	in sancta religio-	
Per Adventum tuum,	lib.	ne conservare dig-	
Per Nativitatem tuam,	lib.	neris,	te rog.
Per Baptismum, et sanc-	lib.	Ut inimicos sanctae	
tum Jejunium tuum,	lib.	Ecclesiae humilia-	
Per Crucem, et Passio-	lib.	re digneris,	te rog.
nem tuam,	lib.	Ut Regibus, et Prin-	
Per Mortem, et Sepultu-	lib.	cipibus Christianis	
ram tuam,	lib.	pacem et veram	
Per sanctam Resurrec-	lib.	concordiam donare	
tionem tuam,	lib.	digneris,	te rog.
Per admirabilem Ascen-	lib.	Ut cuncto populo Chris-	
sionem tuam,	lib.	tiano pacem, et uni-	
Per adventum Spiritus	lib.	tatem largiri digne-	
sancti Paracliti,	lib.	ris,	te rog.

Ut nosmetipsos in tuo
sancto servitio con-
fortare, et conserva-
re digneris, te rog.
Ut mentes nostras ad
caelestia desideria
erigas, te rog.
Ut omnibus benefac-
toribus nostris sem-
piterna bona retri-
buas, te rog.
Ut animas nostras,
fratrum, propinquo-
rum, et benefacto-
rum nostrorum ab
aeterna damnatione
eripias, te rog.
Ut fructus terrae dare,
et conservare dig-
neris, te rog.
Ut omnibus Fidelibus
defunctis requiem ae-

ternam donare digue-
ris, te rog.
Ut nos exaudire dig-
neris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei, qui tollis pec-
cata mundi. Parce no-
bis Domine.
Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mundi. Exaudinos Do-
mine.
Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mundi. Miserere nobis.
Christe audi nos
Christe exaudinos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster.....
V. Et ne nos inducas in
tentationem.
R. Sed libera nos a ma-

SALMO 69.

V. Deus in adjutorium meum intende. * Domini ad-
adjuvandum me festina.
R. Confundantur, et revereantur, * qui iruerunt ani-
mam meam.
V. Avertantur retrorsum, et erubescant, * qui voluerunt
mihi mala.

R. Avertantur statim erubescences, * qui dicunt mihi:
Euge, euge.
V. Exultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te, *
et dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt sa-
lutare tuum.
R. Ego vero egenus, et pauper sum: * Deus adjuva
me.
V. Adjutor meus, et liberator meus es tu: * Domine
me moreris.
R. Gloria Patri et Filio, et Spiritu Sancto.
V. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in
saecula saeculorum. R. Amen.
V. Salvos fac servos tuos.
R. Deus meus sperantes in te.
V. Esto nobis Domine, turris fortitudinis.
R. A facie inimici.
V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
V. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.
R. Neque secundum iniquitatis nostras retribuas nobis.
V. Oremus pro Pontifice nostro N.
R. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et bea-
tum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam ini-
micorum ejus.
V. Oremus pro benefactoribus nostris.
R. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona
merentibus proptes nomen tuum vitam aeternam. Amen.
V. Oremus pro fidelibus defunctis.
R. Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpe-
tua lucea eis.

V. Requiescant in pace.
 R. Amen.
 V. Pro fratribus nostris absentibus.
 R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.
 V. Mitte eis domine auxilium de sancto.
 R. Et de Sion tuere eos.
 V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere; suscipe deprecationem nostram: ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvas.

Exaudi, quaesumus Domini, supplicum preces, et confidentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos, et a peccatis omnibus exuas, et penitentiam, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, precibus populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris mereamur, averte.

Omnipotens sempiternae Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae. te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta

opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla.

Aquí se da la Paz.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praevieni, & adjuvando prosequere: un cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiternae Deus, qui vivorum dominaris, simul et mortuorum, omniumque miseremur, quos tuos fide, & opere futuros esse praescis; te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque, vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium, tuum qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia saecula saeculorum. Amen.

V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.
 V. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus.
 R. Amen.